

Jacob Lembke Christoph Winnemer

Disputatio Inauguralis, exhibens Selectiores Assertiones, Ex Iure Publico, Civili Privato, Canonico, Feudali & Consuetudinario depromptas

Rostochii: Weppplingius, 1690

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741710455>

Druck Freier  Zugang




Ausgewählte Feststellungen
aus dem öffentl. zivilen,
kanon. u. Adels- und
Gewohnheits-Recht

Inacs:

Sembke, Jacob

Resp.: Wimmer, Christoph.

R. M. für 1690



DISPUTATIO INAUGURALIS,
exhibens

**SELECTIONESES
ASSERTIONES,**

Ex Jure Publico, Civili Privato,
Canonico, Feudali & Consuetudina-
rio depromptas,

QUAM
Sub PRÆSIDIO
VIRI

CONSULTISSIMI *Atq;* NOBILISS: DN.

**DN. JACOBI Gembfen/
Jcti famigratissimi & p.t. Juridi-
cæ Facult. DECANI Spectatiss,**

FAUTORIS ÆSTUMATISSIMI,
Pro Honoribus ac privilegiis Doctoralibus in U. J. capeffendis,
In AUDITORIO MAJORI

Horis consuetis d. 27. Martij Anno 1690.

Defendendam proponit

**CHRISTOPH. WINNE-
MER, Sedino-Pomer:**


Rostochii, Literis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DEO
ET
PATRIÆ.



JESU JUVANTE.



Onceperam quidem animo meo, Disputationis Inauguralis loco de Treugis quaedam proponere. Verum, cum ob dictum jam ab Amplissima Juridica Facultate futura Promotioni diem, illa materia solidè, interveniente temporis angustia, non perfici, imo vix typis excudi potuerit, mutare consilium, illamq; materiam commodiore tempore publicandam reservare, hasq; positiones ex Jure publico, Privato, Canonico, Feudali & Consuetudinario hac vice exhibere, coactus fui, quibus ut L. B. aq; vi boniq; consulat, est, quod enixè rogo.

EX JURE PUBLICO. ASSERTIO I.



Ex Romanorum in conventu Electorum, gravibus & urgentibus de causis eligi potest vivò adhuc Imperatore, eòq; vel consentiente, vel invitò.

A 2

Prius

Prius membrum probatur ex usu, optimo rerum magistro, & legum interprete *c. 6. de Elect. in 6. l. 27. ff. de Legib.* Sic Carolus IV. Aureæ Bullæ Autor filium suum Wenceslaum in Regem Romanorum creari ab Electoribus petiit & obtinuit. Imperator Fridericus III. in Filio suo Maximiliano I. Carolus V. in Fratere Ferdinando I. Hic in Filio Maximiliano secundo, & hic iterum in Rudolpho II. Porro Ferdinandus II. in filio Ferdinando III. Hic iterum in filio Ferdinando IV. & nuper invictissimus Imperator Leopoldus in Filio Josepho Rege Hungariæ impetravit, ut ex actis Electionum & capitulationibus in propatulo est; Posterius Membrum evincitur ex Capitulationibus Imperatorum *Matth. art. 35. Ferdinandi II. art. 34. Ferdinandi III. art. 38. Ferdin. IV. art. eod. & Leopoldi art. 36. vid. Knicb. in oper. polit. lib. 2. part. 3. sect. 1. cap. 5. tb. 2. Lymn. de Jure Publ. lib. 2. cap. 15. n. 17. & seqq.*

Affertio. II.

Rex Romanorum, vivente Imperatore legitimè electus eò mortuo immediatus ejus successor est; Imperatore vero absente, aut impedito, nisi aliud capitulatione provisum sit, imperium regit, Juraque Imperatoria exercet.

Prius Membrum apparet ex *Recess: Imper. August. de Ao. 1559. in pr.* Posterius ex *ordinat: Cam. part. 2. tit. 1. nemlich wollen 3. part. 2. tit. 2. §. darauff sollen 2. Recess. Imp. Ratisbon. de Ao. 1557. §. und aber 1. Capit: Ferdin. IV. art. 47. add. Lymn. de J. P. d. cap. 15. n. 35. & 37.*

Affertio. III.

Neminem nisi natione Germanum eligendum esse, recte Moguntinus Elector pro Carolo V. contra Franciscum Gallum olim disputavit.

(1) Quia activè & passivè imperium in Germanos translatum

Panor-

Panormitan. ex cap. Venerabilem X. de Elect. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 86. (2.) quia lex id expressè jubens extat, quam Moguntinus Cancellarius Imperii allegavit, *Legibus, inqviens, nostris cautum, ne Decus hoc Imperii transferatur ad externos.* Idem affirmat *Irenicus lib. 3. exeg. Germ. c. 33. Hulder. Mutius lib. 14. Chronic. alias rationes vid. ap. Buxiorph. ad A. B. th. 31. lit. E. Arumaum disc. Acad. 6. v. 1. ReinK. d. R. S. & E. lib. 1. ch. 3. c. 4.*

Affertio. IV.

Francofurtum quidem est Electionis locus, qui tamen ob graves & prægnantes causas mutari potest,

Prius probo *per A. B. tit. 1. §. auch segen und ordnen tit. 2. in pr. Arum. diff. 1. th. 35. Sleid. lib. 4.* Posterius probant exempla Ruberti, Ferdinandi II. qui Ratisbonæ, & nuperimè electi Josephi Augustæ-Vindelicorum.

Affertio. V.

Sunt qui Justam ætatem in eligendo requirunt; verùm, hanc Proceres Imperii non semper observasse, extra dubium est.

Prius probatur *per l. 8. ff. de Munerib. l. 6. ff. de decurion. Posterius probant Exempla Otton. II. & III. Henrici III. Henrici IV. & moderni Josephi nuper electi.*

Affertio. VI.

Jus condendæ legis universalis in Imperio nostro non soli Imperatori, sed unà cum Statibus Imperii competit.

Instrum. Pac. Osnabr. & Mon. art. 8. §. 2. Capit. Leop. art. 2. Conring. de Rep. Exerc. 8. th. 65. & seq. Carpz. de Leg. Reg. germ. cap. 3. Sect. 1.

Affertio. VII.

In collectis Imperio imponendis voluntas Imperatoris non attenditur sola, sed consensus & suffragium Statuum Imperii requiritur,

A 2

Instrum

*Instrum. Pac: Osnabr. art. 8. §. 2. Capit. Leop. art. 17. Conring.
d. Exerc. 8. th. 89. & seqq.*

Assertio, VIII.

Principes, ubi more antiquo, aut lege civitatis id non introductum, non possunt intercedere rationibus subjectarum sibi civitatum.

Bona enim habent propria civitates, ideoq; de iis liberam etiam potestatem disponendi æq; ac privati habere debent *l. 6. §. 1. ff. de Rer. Divis. l. 1. §. 1. & seq. quod cuiusq; univers. l. 21 C. mandat.* unde etiam hoc respectu loco privatorum esse dicuntur *l. 10. ff. ad municip. l. 16 ff. de V. S. vid. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 167. & seqq. Maul. de Homag. tit. 13. Paurmeist. de Jurisd. lib. 2. cap. ult. n. 72. Nic. Everhard. Jun. vol. 2. Cons. 1. n. 202. & seqq.* ex Justis tamen causis, forsitan si fama, aut suspicio sit de mala administratione, vel de illa conquerantur Urbani, vel cum collecta pecunia in alienos & indebitos usus absumatur, Principem Inspectionem rationum civitatum postulare jure posse, non dubitatur. *Mev. ad Jus. Lubec. part. 2. tit. 3. ad Rubr. n. 31. Matth. Stephani de Jurisd. d. cap. 2. n. 179.*

Assertio, IX.

Jus confiscandi bona per Auth. Bona Damnatorum C. de bon. præscript. excepto Crimine Læcæ Maj: non in totum est sublatum, sed adhuc hodiè in aliis casibus locum habere potest.

Ordin. crim. Car. V. art. 218. ibi Außerhalb des Lasters unserer Beleidigten May: oder sonst in andern Fällen etc. Peregrin. de Jur. Fisci lib. 5. tit. 1. n. 9. Mev. ad Jus. Lubec. libr. 1. tit. 2. art. 3. n. 2.

Assertio, X.

Inducias, quas & Treugas barbaro vocabulo vocant, more Turcarum & confœderatorum eorum frangere, est contra Jus. gent. & divinum,

Prius

Prius probat *Brunnem. diss. 5. de pac. publ. tb. 9. Hermes in fasc. jur. publ. c. 11. per l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecun. l. 19. §. 1. ff. de captiv. & postl. revers.* Posterius probatur à *Reinkingio de R. S. & E. lib. 2. cl. 1. c. 2 & Ottono in Disp. Jur. publ. c. 8. Fachinæo lib. 9. controv. c. 58.*

EX JURE CIVILI.

Affertio I.

Transactio ob læsionem ultra dimidium ex l. 2. C. de rescind. vendit: rescindi nequit.

- (1.) Quia rescripto Imperatoris speciali non rescinditur l. 16. C. de Transact. (2.) Beneficium d. L. saltem locum habet in contractibus b. f. (3.) Transactionis non minor est virtus, quàm rei judicatae l. 20. C. de Transact. l. 2. ff. de jurej. junct. tit. C. sent. resc. non. posse. Accedit (4) l. 78. §. 16. in fin. ff. ad Sc. Trebell. Gail. lib. 2. Obs. 70. n. 11. Mey. p. 4. dec. 30. Mantz. cent. Dec. 446. n. 5.

Affertio II.

Dolus, negligentia & contumacia Procuratoris Domino nocet, quoad processum, ut sententia valeat, non quoad pœnam Domino infligendam.

- (1) Ut enim ex causa recte peracta omne commodum, ita ex eadem negligenter tractata damnum & in commodum ad Dominum pertinere debet l. 10. ff. d. Reg. Jur. (2.) quia Dno actio mandati contra procuratorem competit l. 10. C. de procurat. Accedit (3.) l. un. §. 2. ff. si quis Jus dic. non obte mp. l. 2. C. de decur. (4.) l. 46. §. 5. ff. de procurat. Si tamen procurator solvendo non sit, Domino ex æquitate restitutionem in integrum dari tradunt Dd. Gail. lib. 1. Obs. 45. Faerber. in Cod. lib. 2. tit. 6. def. 3. n. 1. add. Bachov ad Treutl. Vol. 1. Disp. 9. tb. 12.

Affertio III.

Negotiorum gestor etiam de levissima culpa tenetur.

(1.) per

- (1.) Per §. 1. *Inst. de Oblig. qua ex qs. contract.* (2.) *l. 24. C. de usur* (3.) *l. 25. §. 16. ff. fam. ercise.* (4.) *l. 21. C. mandat.* (5.) *arg. l. 1. §. 35. ff. de pos.* (6.) quod interfit, ne quis alienis negotiis sine expresso domini consensu temere se immisceat, adeoque æquum, ut idem non nihil durius ad stringatur *Vid. Vinn. in Comment. Inst. ad. d. §. 1. d. oblig. qua ex quas. contr. n. 3.*

Assertio IV.

Reus conventus rei vindicatione, si possessionem neget, actori illam probanti, citra ullam dominii probationem rem possessam restituere, tenetur.

- (1.) *per l. ult. ff. de Rei vind.* (2.) *Nov. 18. c. 10.* Ut a. hoc pro- cedat & adhuc hodiè obtineat, requiritur. (1.) ut dolo vel latâ culpâ reus id neget (2.) specialiter non generaliter (3.) in negatione persistat & (4.) actor hoc beneficium petat *Hillig. ad Don. lib. 20. cap. 3. lit. R. Brunner. ad d. l. ult. n. 1. & seqq. ff. de rei vind.*

Assertio V.

Emphyteusis ad suam perfectionem & substantiam Scripturam non requirit.

- Est enim (1.) contractus consensualis §. 3. *Inst. de locat. & cond. junct. arg. l. 1. de pignor. l. 4. ff. de fid. Instrum.* (2.) *per l. 3. C. de Jur. Emphyt.* (3.) *Nov. 120. c. 5.* Exceptio est in Emphyteusi Ecclesiastica *Nov. 7. pr. & §. fin. vid. Hahn. ad Wesenb. tit. si ager vect. pet. n. 3. Mev. p. 3. decis. 289.*

Assertio VI.

Qui negatoria experitur, non tenetur probare suam intentionem, sed reo incumbit constitutæ servitutis probatio.

- (1.) Quia res quælibet præsumitur libera, donec contrarium fuerit probatum *l. 8. & 9. C. de Servit. l. 24. §. 8. ff. de fideic. libert.* (2.) actor negative experitur, reus vero affirmative excipit, affirmanti vero incumbit probatio *l. 23. C. d. probat.*

bat. Exceptio (1.) est, si actor in terminis negatoriae non subsistat, sed vi, clam, aut praecario adversarium possidere dicat. *Carpz. lib. 1. Resp. 67. & 68.* (2.) Si reus sit in notoriâ & quietâ possessione. *Mev. p. 8. Dec. 192.*

Assertio. VII.

Contra citationem ad locum non tutum, ut & propter causam injustam, non solum exceptioni loci non tuti, sed etiam ab illâ ad superiorem appellationi locus est.

Prius probat *Zanger. de Except. p. 2. c. 2. Gaill. lib. 1. obs. 52. n. 3.*
posterius *Barcol. in l. 2. ff. de appell. recipiend. Mev. p. 3. dec. 153.*

Assertio VIII.

In praescriptione servitutum necessario titulus non requiritur.

Quod probatur (1.) *p. l. 10. ff. si servit. vind.* (2.) *per l. fin. ff. de aqu. & aqu. plu. arc.* (3.) *per l. 2. C. de servit. & aqua.*

Assertio. IX.

Dos sine matrimonio esse non potest, sed bene matrimonium sine dotê.

Prius probatur *per l. 3. ff. de Jur. dot. l. 20. C. de donat. ante Nupt. l. 24. C. de nupt. Carpzov. p. 2. Constit. 46. def. 20. n. 5. & licet promissa sit, tamen non debetur, nisi secutis nuptiis, d. l. 20. C. de don. ant. nupt. Carpz. p. 3. constit. 19. def. 8. habet enim semper in se istiusmodi promissio conditionem, si nuptiae sequuntur. l. 41. §. 1. ff. de Jur. dot. Posterius d. l. ult. C. de donat. ant. nupt. l. 11. C. de Repud. Wesenb. in tit. de Jur. dot. n. 1.*

Assertio. X.

Reconventionis reconventio nulla est, nec a Judicê debet admitti, nisi secunda reconventio in ipsam reconventionem incidat, vel ipsi praedictum afferat,

B

Prius

Prius probatur per *Mindan. lib. 3. de process. c. 6. n. 9. Giseberti de reconvent. c. 7. n. 1. Carpz. p. 1. constit. 5. def. 24. n. 10* posterius *Ummium disp. 10. n. 6.*

Assertio. XI.

Renunciare quilibet potest juri pro se introducto, nisi idem & in alterius favorem constitutum, aut renunciatio contra bonos mores sit.

Prius probatur per *l. 51. C. de Episc. & Cler. l. 29. C. de pact. Alterum probat (1.) Sctum Macedon, non in favorem filiorum solum, sed & in odium foeneratorum, & securitatem parentum introductum l. 9. in fin. l. 11. ff. ad Sct. Maced. (2.) Clericus ratione privilegii fori non tantum in sui favorem, sed & in odium laicorum introducti c. 12. X. de for. compet. Gail. lib. 1. obs. 40. Tertium probat l. 14. §. 1. ff. solus. Matrim. Goddeau ad l. 3. de V. S. n. 37.*

EX JURE CANONICO

ASSERTIO I.

Juramentum actus & contractus jure civili licet invalidos & nullos confirmat.

(1.) Per *cap. quamvis de pact. in 6.* (2.) per *c. cum contingat. X. de Jurejur.* (3.) quia per id cum Deo contractum intelligitur *c. debitores. X. de Jurejur. Rittershuf. de diff. Jur. Civ. & Can. lib. 3. cap. 5. Franz. ad tit. de Jure-Jurando n. 39. Carpz. Dec. 256. n. 22.* Exceptio est, si Juramentum sit contra bonos mores *c. non est obligatorium de R. J. in 6. Vid. Habn. ad Wesenb. tit. de Jurejur. n. 5. Covarrue. ad, d. cap. quamvis part. 2. in Summar. n. 6.*

Assertio II.

Superveniens mala fides usucapionem & praescriptionem vitiat.

per *c. 5. & fin. X. de Praescript.* quae sententia, quoniam in conscientia est tutior, deque vitando peccato agit, in imperio & fo-

& foro approbatâ est teste *Gail. lib. 2. Obs. 8. n. 18. Mynsing. cens. 4. Obs. 6. Vultej. in Jurâpr. Rom. cap. 71. n. 51.*

Affertio. III.

Liberis etiam ex damnato coitu natis alimenta â parentibus debentur.

per c. cum haberet. X. de eo, qui dux: in matrim. Ratio est in ipsâ benignitatê, humanitatê, commileratione & ipsâ naturâ, indeq; hoc Jus in foro tam Ecclesiæ, quàm Imperii de praxi observatur, teste Gaill. lib. 2. obs. 88. n. 4. Surd. de Alim. tit. 1. quæst. 10. n. 28. Brunnem. in l. 8. C. de Natur. liber. in fin. Mev. ad Jus Lubec. p. 2. T. 2. a. 9. n. 48.

Affertio. IV.

Vidua intra annum luctus nubens non fit infamis

(1.) c. pen. & ult. X. de Secund. Nupt: (2.) c. 7. Caus. 2. Q. 3. quod & in foro nostro receptum. Rittershus. d. diff. Jur. Civ. & Can. lib. 2. c. 4. in fin. add: Gaill. lib. 2. Obs. 98. n. 8. Pruckmann. vol. 2. cons. 1. n. 500. Mev. ad Jus Lub. P. 2. T. 2. art. 15. n. 30. qui putant pœnas secundarum nuptiar: abrogatas esse, Exceptio est, si constet, vel spes sit, aut saltem dubitetur, ex priori marito mulierem esse gravidam Brunnem. in l. 11. ff. de his qui not. infam. n. 2. vid. Carpz. lib. 2. Jurispr. Eccles. tit. 9. def. 159. 160. & seqq.

Affertio. V.

Juramentum Calumniæ generale tacitè â Judice remitti potest, sineuter ex litigantibus hoc exigat.

per cap. 1. §. 1. verb. omissum. de Juram. Calumn. in 6. Gaill. lib. 1. obs. 85. n. 2. Rosbach. in Process. civili tit. 50. n. 17. Hinc ita omissum hodiè processum non facit nullum Borel. tom. 1. dec. tit. 51. n. 9. Mev. p. 6. dec. 247. Brunnem. in l. 2. §. 4. C. de Jurejur. propt. calumn.

Affertio. VI.

Judex Secularis de causâ etiam incidente spirituali Judicare

dicare nequit, sed, suspensô interim Judiciô, eam ad Ecclesiasticum remittere tenetur.

C. si Judex Laicus. de sent. excomm. in 6. Ità hodiè praticari, & aliquoties in Camerâ observatum & judicatum, daß der incidente punct für den ordentlichen Geistl. Richter zu remittiren und weisen sey / und solle alsdann nach beschehener Erörterung desselben ferner ergehen was recht ist: refert. *Myns. cent. 1. Obs. 100.*

Affertio. VII.

Heres illius, qui damnum dedit, damnum refarcire tenetur.

Probatur per. c. in literis. X. de Rapt. c. tua nos. X. de usur. parochiano ult. X. de sepult. Gaill. 1. d. P. P. c. 20. n. 12. Vaj. 90. 3. Controv. c. 96. Fachin. g. contr. 5.

Affertio VIII.

Filius fideicommissio gravatus, duas quartas, legitimam & Trebell. detrahare potest.

Per. c. Raynuius X. d. Testam. Gaill. 2. o. 121. n. 6. quod & in Judiciis ubique fere receptum testatur Mev. P. 7. dec. 19. per. Covaruv. in d. c. Raynui. §. 11. n. 6. Heig. q. 32. n. 15. p. 1.

Affertio. IX.

Jure civili â sententiâ in possessorio Judiciò lata appellari non potest, bene tamen Jure canonico,

Probatur prius l. unic. C. si d. moment possess apell. Posterius c. ex qvessione X. de Restit. spoliat. c. significaverint de Testib. c. un. clem. de sequestr. poss. Mynsing. c. 6, o. 13. quam sententiam ut æquiozem in foris Christiani orbis receptam esse testatur Mev. p. 1, dec. 25.

Affer-

Assertio X.

Appellatio uti à qualicunqve gravamine, ita etiam ab interlocutoriâ sententiâ permiffa.

Per c. 5. 7. 19. X. de Appell. dummodo appellatio in fcriptis fiat c. 1. & 9. de Apell. in 6. & caufa gravaminis exprimat
c. 59. X. de App. quæ dispositio Juris Canonici in plerisq;
Judiciis recepta est. Carpz. p. 1. Const. 12. defn. 10. n. 4.
Sp. 1. Const. 19. def. 23. n. 1. Brunnem, in proc. civ. c. 28.
n. 6. & seq. Rittersbus. in diff. jur. civ. & can. lib. 5. c. 25.

EX JURE FEUDALI

Assert. I.

In Feudo antiquo nulla ordinatio, aut dispositio testamentaria vassalli defuncti valet.

I. Feud. 8. pr. 2. Feud. 9. §. 1. Ceph. libr. 2. Const. 272. n. 30. Jul.
Clar. §. feudum quæst. 40. n. 4. Cothm. vol. 2. Resp. 65. n. 15.
& seq. etiam si consensus domini accedat arg. c. Nuper X.
de donat. int. vir. & uxor. Schrad. de Feud. p. 7. c. 2. n. 10.
Schurf. cent. 3. conf. 69. Carpz. decis. 176. n. 31. Exceptio
est quoad filios I. Feud. 45. Struv. in Syntagm. Jur. Feud. c. 9.
aphor. 12. n. 5. & seqq. Scap. 13. aph. 16. n. 6. add. Schrad.
de Feud. part. 8. cap. 8. n. 19.

Assertio II.

Revocationi & reversioni feudi 30. demum annis à morte alienantis præscribitur.

Arg. l. ult. C. de præscript. 30. vel 40. ann. quam sententiam
communi Dd. calculo approbatam testantur Harim. Pistor
lib. 2. p. 1. §. 8. n. 1. Rosenthal. d. Feud. cap. 9. conclus. 131.
ita tamen, ut, licet præscriptio contra proximum agnatum
impleta sit, aliis tamen in gradu sequentibus non præjudi-
cet. Köpp. part. 1. dec. 54. n. 98. Harim. Pistor. d. quæst. 8.
n. 45. & seqq.

Affertio III.

Feudum vetus, licet culpâ vasalli amissum, si Dominus illi gratiam faciat, vetus manet & novum non efficitur.

Per Investituram enim hanc saltem redintegratur jus amissum *Struv. in Syntagm. Jur. Feud. cap. 3. Apper. 2. n. 4.* quod maximè verum, si caducitas ante sententiam remittatur, cum nondum sit perfectè amissum. *Christin. part. 6. des. Belg. 2. n. 26. & 27. Schrad. de Feud. part. 2. cap. 3. n. 43.*

Affertio IV.

Defuncto fratri in feudum succedunt unâ cum fratribus germanis, fratres quoq; consanguinei.

Jure enim feudali simpliciter agnati & per masculos descendentes in feudo succedere dicuntur. 2. *Feud. 11. 45. & 50.* Fratres a. consanguinei æq; agnati sunt ac germani 2. *Feud. 11. ibi Fratres & ibi agnati ulteriores. §. 4. Inst. de Success. cognat. Duar. in comment. feud. cap. 11. n. 13. Pistor. p. 1. Q. 33. n. 33. Gaill. 2. O. 152.* Exceptio est in feudo foemineo & absolute hereditario. *arg. Nov. 118. c. 3. Sowsbec. d. Feud. p. 9. n. 39. Vulscj. lib. 1. d. feud. cap. 9. n. 108. in fin.*

Affertio V.

Si Vasallus ultimò defunctus fratrum filios & simul patrum relinquat, fratrum filii soli admittuntur ad successionem feudi.

In feud: enim successione stirpium & linearum ratio habetur; ut non tam personæ agnatorum, quæ succedunt, aut earum propinquitas, quam quod ex eadem stirpè postremi possessoris sint, consideretur. 2. *Feud. 50. Bocer. Class. 5. disp. 18. tb. 28. Schnobel. Feud. 7. tb. 17.*

Affertio VI.

Fœmina regulariter à successione feudi excluditur, nisi merè hereditarium, aut fœmineum, aut hoc pactò, ut ad fœminas pertineat, concessum.

Prius probatur 1. *Feud. 8. 2. Feud. 26. Struv. in Syntagm. Jur. feud.*

*t. 9, th. 8. n. 1. & hoc adeo verum est, ut masculus quoq; ex
fœmina natus excludatur. 2. feud. 11. vers. ad filias vero. Ludw.
p. 186. Forster. de success. lib. 4. c. 23. Posterius, quod succedat
in mœre hereditariò Schrader. d. feud. p. 7. c. 3. n. 1. in fœ-
mineò 2. feud. 11. 30. 50. Ubi tamen à Masculo, si adest, ex-
cluditur. 2. feud. 30. quæ exclusio tantum durat ad masculo-
rum defectum 1. feud. 17. Gail. 2. obs. 188. Zas. de feud. c. 8. n.
58. Ultimum probatur 1. feud. 1. §. 3.*

Assertio VII.

Ascendentium regulariter in feudis nulla successio.

- 3, *Feud. 50. Vultej. de feud. c. 7. n. 101.* Excipiuntur tamen (1) si pater feudum filii causâ refutavit, ut filius investiretur, mortuo tunc filio sine descendentibus ad patrem vicissim feudum devolvitur. 2. *feud. 14. Mynscent. 3 obs. 96. Rosentb. c. 7. concl. 14. n. 9.* (1) Si avus, contentientê filio, feudum in Nepotem transfert, quò sine prolè mortuò, succedit pater. *Bocer. c. 4. q. 2.* (3) Si Investituræ pacto ita expressè dispositum 2. *feud. 84.*

Assertio VIII.

Potest investitura fieri non tantum de feudo jam aperto, sed & jam aperiendo.

- 1, *Feud. 9. §. 27. in fin. 2 f. 26. §. moribus. Gail. 2. Obs. 15. Hartm. Pistor. q. 25. n. 7. 8. & 9. Borcholt. de feud. c. 7. n. 18.*

Assertio IX.

Non ligius Vasallus Dominum juvare tenetur etiam ad-
versus parentes & liberos.

2. *feud. 28. in fin.* quia vinculum Juramenti majus & fortius est, quam ratio affectionis, vel conjunctionis *Paul. Berens in Diss. feud. 7. th. 85.*

Assertio X.

Remedium deprædationis (Germanicè *Selb. Gericht*)
Jure

Jure quidem feudali usitatum, sed Jure Reccessus Imp.
abrogatum.

Prius probatur 2. feud. 22. Posterius R. J. de Anno. 1495. 1500.
1522. 1555. & aliis.

EX JURE CONSVETUDINARIO.

Affertio I.

Pactis dotalibus hereditas tribuitur non solum internobiles, sed etiam inter alios quoscunqve, licet nullum Juramentum interveniat.

Myns. cent. 2. obs. 33. Harim. Harim. lib. 2. tit. 44. Obs. 2. n. 8. & seq. Kohl. p. 2. d. pact. dot. n. 70. Mev. ad J. Lub. p. 2. T. 1. Rubr. n. 99. & 103. Brunnem. in l. 5. C. d. pact. convent. Unde Cothm. vol. 2. Conf. 78. n. 76. tradit, ei qui contra sentit, ignoscendum esse, quod quæ quotidiana, non didicerit, & jus, in quo verisimur, ignoret.

Affertio II.

Hodiè etiam in Adulteriò transactio concessa est.


Utr. tradunt Carpz. in prax. Crim. p. 2. Q. 71. n. 34. Heig. lib. 2. Q. 29. n. 79. quos sequuntur Habn. ad Wesenb. tit. d. transact. n. 5. Struv. in Synt. Jur. Civ. exerc. 6. ch. 61.

Affertio III.

Reus ad Locum delicti perpetrati necessariò non est remittendus, sed etiam in loco deprehensionis & domicilii puniri potest.

Covarr. pract. Quest. c. 11. n. 10. Carpz. pr. Crim. p. 3. Q. 110. n. 53. Gaill. de p. p. 1. c. 16. n. 30. Mev. ad J. Lub. lib. 1. T. 2. a. 4. n. 33. Exceptio est, si in loco delicti deprehensus inquisitus per sententiam legitime condemnatus sit, & aufugerit, Carpz. d. loc. n. 64.

FINIS.



l. 9. th. 8. n. 1. & hoc adeo verum est, ut foemina natus excludatur. 2. feud. 11. vers. a. p. 186. Forster. de suceff. lib. 4. c. 23. Poster in merè hereditariò Schrader. d. feud. 1. mineò 2. feud. 11. 30. 50. Ubi tamen à Macluditur. 2. feud. 30. quæ exclusio tantum defectum 1. feud. 17. Gail, 2. obs. 188. 2. 58. Ultimum probatur 1. feud. 1. S. 3.

Affertio VII.

Ascendentium regulariter in feudis nulla f
2, Feud. 50. Vultej. de feud. c. 7. n. 101. Excip
pater feudum filii causâ refutavit, ut
mortuo tunc filio sine descendentibus
feudum devolvitur. 2. feud. 14. Myns. cen
c. 7. concl. 14. n. 9. (1) Si avus, consentiente
Nepotem transfert, quò sine prole mo
ter. Boccer. c. 4. q. 2. (3.) Si Investituræ
dispositum 2. feud: 84.

Affertio VIII.

Potest investitura fieri non tantum de fe
to, sed & jam aperiendo.

1, Feud: 9. § 27. in fin. 2 f. 26. §. moribus. Gail
Pistor. q. 25. n. 7. 8. & 9. Borcholt. de feud.

Affertio IX.

Non ligius Vasallus Dominum juvare ten
versus parentes & liberos.

2. feud. 28. in fin. quia vinculum Jurament
est, quam ratio affectionis, vel conjunct
in Diss. feud. 7. th. 85.

Affertio X.

Remedium deprædationis (Germanicè)

